



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri  
Viginti**

**Della Porta, Giambattista**

**Frankfurt, 1607**

Nauigatoria pyxide manente, & lapide se mouente, aut contra in  
contrarias partes se moueri. Cap. XXXIX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70772)

mus, facile longitudinem Mundi à Fortunatis in sulis incipientem cognoscemus, vade illico & latitudo, & longitudo. & nocte intempesta, & maximis cœli tempestatibus facile nobis innotescunt. Fallum est igitur, quod à Cardano traditur, ferrum in pyxide à meridiana linea declinare; quia ad stellam polarem inclinat à cauda vrsæ, quum inclinatio ferri nouem gradibus declinet, nec polaris inclinatio tanta est.

*Nauigatoria pyxide manente, & lapide se mouente, aut contra in contrarias partes se moueri.*

## CAP. XXXIX.

**S**I magnes super tabulam steterit, ac borealem ferri partem nauigatorie pyxidis admoueris australi lapidis parti, idq; ad dextram mouedo circumdabis, ferreus obelus ad sinistram trahetur: at mouendo pyxidem ad sinistram retrocedet ferrum ad dextram, & tandem elonga ur, vsque donec medium situm nanciscatur inter opposita illa duo puncta. Idem eueniet vmbra cili horologio: si eo manente, ac magnete circumducto, nam si ad dextram declinabis, ferrum eandem sequetur partem, si ad sinistram itidem. Hinc patet ferrum pyxidis à septentrionali polo trahi: nam Orientem versus iter facientes, ad Orientem vertitur, sic contra ad Occidentem, ad idem cœli punctum nutabit: & si magnes circumuoluatur, & ferrum circumuoluetur, vsq; citius circa suum centrum.

*Magnetem contrariam vim sue faciei ferro tribuere.*

## CAP. XL.

**N**UNC de ferro à magnete contacto sermonem habebimus, & de miris eius operationibus. Quasum prima hæc, quod vbi ferro à Septentrionali magnetis parte contactum fuerit, & in æquilibrio positum, si eandem admoueris partem, quæ ei vires conciliauit, horret, expellit, & deturbat eam, contrariamque & oppositam partem ad se trahit, videlicet austrinam; cuius rationem iam supra diximus. Idem eueniet si ferrum ex austrina parte tetigeris magnetis: nam si eam  
iplam